

V C.
3121



h.



Vc
3121

Illustrissimorum Principum ac Dn.

DOMINI

CHRISTIANI. II.
DVCIS SAXONIAE, SACRI RO-
MANI IMPERII ARCHIMARSCHALLI ET
Electoris, Landgravij Thuringiae, Marchionis
Misniae, Burggravij Magdeburgensis &c.

Et Dominae

HEDVIGÆ

Inclyti & invictissimi Principis ac Domini,

FRIDERICI, II. DANIAE, NOR-
VEGIAE, GOTHORVM, VANDALORVM RE-
gis, Ducis Slesuici, Holfatiae, Stormariae, Ditz-
marfia, Comitis in Oldenburgk & Delmenhorst &c.
pia & sanctae memoriae regiae filiae, Dominorum
suorum clementissimorum

NUPTIIS DRESDAE PIE CELEBRATIS
Anno 1602. Septembris XII.

VOTVM IOANNIS GERENHOL-
di Pastoris in Pagis Hassluffe / Nietz
& Grabaun

VITEBERGAE

Excudebat Iohanes Faber Typis Cratonianis,

M. DC. II.



EPIGRAMMA,

De nomine Illustrissimi Principis,

D. CHRISTIANI II.
DUCIS SAXONIAE &c.

HIC verus CHRISTIANVS erit, qui dogma
tuetur (Patris:
CHRISTI sincerum verba DEI Q.
Sic CHRISTIANE sacrum CHRISTI Dux
dogma tueris,

Idq; professus agis pectore & ore simul.

Nomina conveniunt rebus: sic nomine CHRISTO

Conveniens CHRISTI nomen & omen habes,

Nomen & omen habes, quem speq; fide q; professus

Hactenus es, posthac dogma tuere suum,

Sanguine conspersus CHRISTI Baptismatis unda

Nomine de CHRISTI nobile nomen habes,

De patre sic dictus CHRISTIANVS es atq; Secundus

Saxoniae gentis gloria, laus & honor,

Gloria, laus & honor magis es, quod luce refulges

Cœlesti, quod mens flagrat amore DEI.

Sic igitur duplici jure, illustrissime Princeps,

De Patre, de CHRISTO nobile nomen
habes.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



Epistola

EPISTOLA DEDICATORIA.

CVM mihi sic notum divi Virtutibus auctum
Dux generose tuum nobile nomen erat:
Iamdudum, & nuper satis, illustrissime Princeps,
Ostendere mihi quod benefacta tua:
Subditus ergo tuus, divi verbiq; minister
Aulæ submissè quæro theatra tuæ,
Hos elegos duxi sincero corde profectos
Libans illustri suavia thura thoro,
Hisq; tuum possem mihi sic reparare favorem,
Quò mage, quod poscunt subdita scripta
ferant.

Hos igitur Dux illustrissime fronte serena
Accipe, meq; juva pectore & ore rogo,
Sancta TRIAS, ut sis semper, tua cœpta secundet,
Saxonicæ gentis gloria, laus & honor:
Floreat & semper viridis sub tegmine RVTÆ
Religio CHRISTI, Saxonicæq; domus,

T. Celsitud.

devotiss. subditus

*Iohannes Gerenholdus ex Veteri
Urbe Soroborum ori-
undus.*

CO.

COPVLATIO SACRA CONIUGVM.



Sancta TRIAS sancto coniungit foedere Sponsum
Et castam Sponsam, quod neq; soluat homo.

Die Heylge Drenfaltigkeit sein
Fügt Breutgam vnd die Braut in ein
Mit ein vnaufflösslichen Bandt/
Drumb kein Mensch sol trennen den Ehsstand.

SANCTA TRINITAS NOSTRVM AVXILIVM
ET SOLATIVM:

Die Heylige Drenfaltigkeit
Helf vnd tröst vns in Ewigkeit.

EPI-

EPITHALAMIUM.

E sse **DEVM** Patrem cum Nato & Flamine sacro
Authorem thalami Pagina sacra refert:
In primis etenim per Verbum condidit almus
Disponente suo Flamine cuncta **DEVS**,
Scilicet ex nihilo caelum terramq; creavit
Et passim mundi climata quicquid habent,
Ex limo terra tandem formavit Adamum
Vivacem Vultus ad simulacra sui:
Namq; sua lucis radios emisit in ipsum:
Ut, velut is castus, sit quoq; castus Adam,
Quò non pertæsus Vita, confecit & ipsi
Ex costa sociam, tempora solus agat:
Fessa sopor nam mulcet Ada dum lumina, costans
Eximit è lumbis, carne repletq; locum,
Illius ex costa structam mox iungit Adamo
Evam, qua nusquam pulchrior Eva fuit:
Est caro, ait, de carne, meis os ab ossibus, illa,
Quare dicetur iure Virago Viri,
Inde Vir uxorem, patrem, matremq; relinquens
Diliget, utq; duo sint, decet, una caro.
Mox benedicendo **DEVS** infert, terra redundet,
Crescite, de vestra Posteritate domus,
Omnia sint vobis, spaciosi climata mundi
Vndiq; qua nostra de bonitate tenent.
Ergo **DEVS** bruta, sine coniuge quemq; solutam
Non voluit Vitam degere, more fera,
Firmiter ast homines tali sub lege ligavit,
Et casto voluit consociare iugo,
Vna sit ut geminis Mens, sic sit & una Voluntas,
Sic una voluit vivere carne duos.

*Castā DEVS mens est, castos & mente tuetur,
Legitimiq; thori fœdera casta probat,
Castā DEVS mens est, est casta mente vocandus,
Et placida castas suscipit aure preces,
Incestos fœda reprobatq; libidinis æstus,
Nec placida immundas suscipit aure preces:
Nam presens cernit DEVS omnia lumine vindex
Ignis consumens delet & omne nefas:
Diluvium docet hæc, fumus docet hæc Sodomorum,
Et misera Troiæ mania vasta docent,
Pellitur ex regno Solymæ Iesseia proles,
Ejus dum rapitur Betsëba casta stupro:
Econtra castum, qui mens est casta, Iosephum
Tristibus ex vinclis tollit ad alta DEVS.
Castā thori Canaæ sic curans fœdera CHRISTVS
Donavit Sponsis dulcia Vina novis:
Sic omnes quibus casta thori sunt fœdera curæ
Provehit atq; fovet, curat amatq; DEVS.
Siccum Mensis adest September nomine dictus,
Tunc, ubi de prælis dulcia musta fluunt,
Tu Septemvir inis thalamum, DEVS adsit, in unum
Cum Sponsa, licitus pectora iungit amor:
Nam venit à Domino tibi casta & regia Virgo,
Virginis æthereis cum caput ardet equis.
Gaudia legitimi consumite semper amoris,
Sic voluistis enim, sic placuitq; DEO,
Clementer sinat ipse DEVS revirescere RVTAM,
Postq; novem Menses RVTAM sit inde virens,
Saxoniæ vireat benè RVTAM: viretq; Rosetum
Non omni, ast omni tempore RVTAM viret,
Crescat ut in seros se multiplicando Nepotes,
Vnde DEI crescat debita laus & honor.*

Sit

Sit felix faustumq; tibi illustrissime Princeps
Fœdera legitimi sancta subire thori,
Leges coniugij, casta quas mente Creator
Humano generi sanxit, & ipsa sequi,
Sit fœlix faustum, sancto quod fœdere sanctam
Coniungunt Sponsam Numina sancta tibi:
Fato iunguntur, fato solvuntur amantes,
Sic venit à fato Regia virgo tibi.
Ergò trinā tibi sanctis quam numina Sponsam
Adducunt, tædis suscipe Sponse tuam:
Namq; tua pars est anima, pars altera vite,
Costaq; de Costis corporis una tui:
Compellabis eam, mea Lux, mea Cura, meum Cor,
Cura soror, vitæ vitæq; blanda mea.
Illustri quoq; sic nunc nunc HEDVIGA marito,
Namq; tuum caput est, grata fruare tuo,
Qui tibi non casu, sed sancto Numine sancti
Disponente thori fœdera sancta, venit,
Ipse tuum caput est, tua Lux, tua cura, tuum Cor,
Et frater. Vitæ vitæq; cara tuæ
Vivite concordēs, sit vobis una voluntas,
Donec erit gemini corporis una caro.
Vincere nitaris Sponsam, nitaris & ipsa
Vincere Sponsa tuum, Sponse, calore, tuam.
Nullus homo vos seiungat, dum Numina vobis,
Mors nisi disrumpat, fœdera firma parant
Ipse DEVS Pater & Natus, Flatusq; sacratus,
Hæc foveant vestrum Numina trina thorum,
Horum succurret vestris clementia rebus,
Non ficta colitis si pietate DEVM:
Namq; DEVS Rex est terræq; Marisq; Poli q;
Quod cupitis freti mente feretis eo.

Vivite

*Vivite fecundi, Pater ut sis Sponse recurso
Anno, sic contra Sponsaq; mater eat,
Sit procul à prodeos, procul & sint carmina vobis,
Sint procul & morbi, Iurgia sintq; procul,
Donec ad ambrosias Vos multa Prole beatos
Morte vocant placida Numina trina dapes.*

E T E O S T I C H A.

Dentur Thura & vota Thoro: CHRISTIANVS & HEDVIG
Saxonix in licito concubuerunt thoro.

A L I V D.

Ceu Cedrus Libani, iusti, ceu Palma Virebunt,
Si quarent primum cœlica regna DEI.

Symbola Etosticha.

Der getrewe GOTT hat gefügt
Das Breutgam vnd Braut wol genügt.
Ach H E R R E du gütiger Gott
Hilff Ihnen aus all Ihrer Noht.

Chronodistichon.

*SIS pIVs, & patiens Spera, Sperant IbVs Ips. e
AVXILIVM præstans fertq;ve feretq;ve DEVs.*

F I N I S.





ULB Halle 3
004 789 148




V077






h. 28, 12

Vc
3/21



KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000
Kodak LICENSED PRODUCT
 3/Color White 3/Color Black



ac Dn.
 NI. II.
 SACRI RO.
 SCHALLI ET
 e, Marchionis
 genis &c.
 G Æ
 s ac Domini,
 NIÆ, NOR.
 DALORVM RE.
 Stormariæ, Ditz
 Delmenhorst &c.
 , Dominorum
 rum
 CELEBRATIS
 is X II.
 ERENHOL-
 uffte / Nietz
 AE
 Cratonianis,

